

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Procli De Sphaera Liber I

Proclus <Diadochus>

Basiliae, 1561

Ioannis Honteri corenensis rvdimentorum cosmographiae liber I.

[urn:nbn:de:bsz:31-248967](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248967)

IOANNIS HONTERI
CORONENSIS, RVDI-
mentorum Cosinogra-
phiae Liber I.



COSMOGRAPHIA, est totius mundi,
id est, coeli & terrae, & eorum quae
in ijs continentur, descriptio.

Astronomia, est quae scrutatur,
ortus obitus motusq; syderum.

Astrologia autem, ex his quae fu-
tura sunt, praevidet.

Geographia, est quae terrae situm cum locorum enu-
meratione describit.

Chorographia autem, loca quaedam seorsum & à cae-
terorum comparatione separata, considerat.

Mundus est duplex. Superior, à quibusdam Intelli-
gibilis: & Inferior, etiam Sensibilis dicitur.

In mundo superiori primum observantur Planetae,
quorum ordo, nomina & characteres hi sunt,

- | | |
|---|------------|
| 1 | Luna. |
| 2 | Mercurius. |
| 3 | Venus. |
| 4 | Sol. |
| 5 | Mars. |
| 6 | Iupiter. |
| 7 | Saturnus. |

☾
☿
♀
☼
♂
♃
♄

DD 3 Post

Pòst sequitur firmamentum, seu primum mobile, in quo notantur duplices circuli, maiores scilicet, & minores.

Matores, sunt qui mūdum in partes æquales secant, ut Zodiacus, Æquator, Gemini coluri, Horizon, Meridianus, & Lacteus.

Zodiacus, est circulus obliquus qui utrunq; tropicum in principio Cancri & Capricorni contingit.

Æquator, est circulus rectus, qui zodiacum in principio Arietis & Libræ interfecat.

Coluri sunt circuli duo per utrunq; polum transeuntes, quorum alter solsticia, alter æquinoctia contingit.

Horizon, est circulus qui hemisphærium superius ab inferiori diuidit.

Meridianus, est circulus qui per punctum uerticis & utrunq; polum transit.

Lacteus, circulus est candidus, qui solus ex omnibus in cælo nocte serena conspicitur.

Circuli minores dicuntur, qui orbem in partes æquales diuidunt, ut sunt, Arcticus & Antarcticus, qui zonas temperatas finiunt. Item duo Tropici, unus per Cancrum, alter Capricornum transiens. Et hi quidem quatuor circuli cum Æquatore, communi uoce Paralleli. id est, æquæ distantes appellantur: Et quinq; zonas in cælo constituunt.

Axis, est diameter per centrum mundi ad utrunque polum transiens.

Poli

Poli sunt duo puncta, in quibus coelum uoluitur,
quorum alter Arcticus, alter uocatur Antarcticus.

Zodiacus diuiditur in duodecim signa: Signum u-
num in triginta gradus, unus autem gradus in sexagin-
ta minuta.

NOMINA SIGNORVM
ad quatuor partes anni.

Veris	{ Aries	♈	1
	{ Taurus	♉	2
	{ Gemini	♊	3
Aestatis	{ Cancer	♋	4
	{ Leo	♌	5
	{ Virgo	♍	6
Autumni	{ Libra	♎	7
	{ Scorpius	♏	8
	{ Sagittarius	♐	9
Hyemis	{ Capricornus	♑	10
	{ Aquarius	♒	11
	{ Pisces	♓	12

DD 4

Ex his

Ex his stellarum errantium domicilia uocantur, in quibus naturales quasdam uirtutes exercent Planetae, ea sequens figura breuiter commonstrabit:

1	Lunæ.	☾
2	Mercurij.	☿
3	Veneris.	♀
4	Solis.	☉
5	Martis.	♂
6	Iouis.	♃
7	Saturni.	♄

DE PLANETARUM ASPECTU.

Aspectus, est certa planetarum in signifero distantia, per quam se mutuo iuuant aut impediunt. Eorum characteres ac nomina sunt hæc:

*

Hexagonus, est cum duo planetae distant per sextam partem Zodiaci, id est, per duo signa.

□

Tetragonus, quando planetae distant per quartam partem Zodiaci, id est, per tria signa.

Trigo.

△
Trigonus, cum distanti per tertiam partem Zodiaci,
id est, per quatuor signa.

♋
Oppositio, est quando planetae sunt in oppositis
signis.

♌
Coniunctio, cum duo planetae sunt in eodem signo.

DE DRACONIS figura.

Draco, est figura duorum circulorum, quam Solis ac
Lunae meatus efficiunt.

♊
Caput draconis, est sectio unde Luna ad septentrio-
nes scandit.

♋
Cauda draconis, est nota unde ad austrum Luna
descendit.

DE SIGNORVM triplicitate.

Triplicitas, est trium signorū in una qualitate con-
uenientia: quorum naturam, ordinem ac dominos, se-
quens typus indicabit,

DD 5 ignea

SIGNA ZODIACI, ET
septem planetæ, ad quatuor
elementa.

Ignea	$\left\{ \begin{array}{l} \Upsilon \\ \Omega \\ \dagger \end{array} \right.$	In die	$\left\{ \begin{array}{l} \odot \\ \zeta \\ \text{♁} \end{array} \right.$	In nocte	$\left\{ \begin{array}{l} \zeta \\ \odot \\ \text{♁} \end{array} \right.$
Terrea	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♄} \\ \text{♃} \\ \text{♅} \end{array} \right.$	In die	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♄} \\ \text{♃} \\ \text{♅} \end{array} \right.$	In nocte	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♄} \\ \text{♃} \\ \text{♅} \end{array} \right.$
Aërea	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♆} \\ \text{♁} \\ \text{♂} \end{array} \right.$	In die	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♆} \\ \text{♁} \\ \text{♂} \end{array} \right.$	In nocte	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♆} \\ \text{♁} \\ \text{♂} \end{array} \right.$
Aquea	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♆} \\ \text{♃} \\ \text{♁} \end{array} \right.$	In die	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♆} \\ \text{♃} \\ \text{♁} \end{array} \right.$	In nocte	$\left\{ \begin{array}{l} \text{♆} \\ \text{♃} \\ \text{♁} \end{array} \right.$

Signa

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12

DE MEMBRIS HV-
manis ad signa
zodiaci.

*Signa quæ membris humanis addito Lunæ
cursu tribuuntur.*

1	♈	Capiti.
2	♉	Collo.
3	♊	Brachijs.
4	♋	Pectore, Stomacho & Pulmone.
5	♌	Dorso, ac lateribus.
6	♍	Ventri, ac uisceribus.
7	♎	Lumbis.
8	♏	Pudendis.
9	♐	Coxis.
10	♑	Genibus.
11	♒	Cruribus.
12	♓	Pedibus.

NOMI

NOMINA STELLARUM
fixarum.

Ex Aufonio Gallo.

Ad Boreæ partes Arcti uertuntur & Anguis,
Post has Arctophylax, pariterq; Corona, Genuq;
Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus, & Castiopea,
Auriga & Perseus, Deltoton & Andromedæ astrum
Pegasus & Delphin, Telumq; Aquila, Angliatenensq;
Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq; Scorpius, Arcitenens, Capricornus & Vrnæ
Qui tenet, & Pisces. Post sunt in partibus Austri,
Orion, Procyon, Lepus, ardens Sirius, Argo,
Hydrus, Chiron, Thuribulum quoq;, Piscis, & ingens
Hunc sequitur Pistrix, simul Eridaniq; fluenta.

Quædam astra Arabicè.

Cetus,	Caytos.
Dorsum Vrsæ maioris,	Dubhe.
Principium caudæ Vrsæ maioris, Aliot.	
Extremum caudæ Vrsæ maioris,	Benenacz.
Caput Draconis,	Res daben.
Stella polaris,	Alrucaba.
Arcturus,	Alrcamech.
Pleiades,	Athoraye.

STEL

STELLÆ FIXÆ QUÆ PROPRIAS quasdam appellationes sibi uendicarunt.

- Pleiades, sunt stellæ sex in dorso Tauri,
 Hyades, sunt quinque stellæ in capite Tauri,
 Propus stella, quæ pedes Geminorum præcedit.
 Præsepe, stellæ quæ in Cancro nubeculam referunt.
 Aselli duæ stellæ, quæ iuxta præsepe cernuntur.
 Stella regia, quæ in corde Leonis notatur.
 Spica, stella in Virginis summa sinistra manu.
 Vindemiator, quæ iuxta Virginis dextram alam
 fitur.
 Vrna, quatuor stellæ in summa dextra Aquarij.
 Vinculum, stellæ à Piscium caudæ partibus deinceps
 sitæ.
 Nodus, lucida stella quæ in summo Vinculo conspi-
 citur.
 Arcturus, stella clarior inter Boote pedes collocata.
 Olenia capra, illustris stella, in Aurigæ sinistro hu-
 mero.
 Hocdi, stellæ duæ in eiusdem Aurigæ sinistra manu.
 Canopus, stella lucidior in summo Argus gubernacu-
 lo.
 Sirius, stella in ore Canis maioris fixa.
 Plaustrum, septem stellæ clariores in Vrse maiore.

Ortus

Ortus & occasus siderum trifariam obseruantur. Est enim ortus Cosmicus seu matutinus, quando sidus mane cum sole exoritur.

Chronicus, seu uestertinus, quando stella uesteri sole occidente supra Horizontem ascendit.

Heliacus, quando stella propter longam distantiam solis incipiunt apparere.

Occasus Cosmicus, est cum solis ortu stella occidit.

Chronicus, quando stella uesteri cum sole occidunt.

Heliacus, cum propter solis accessum stella uideri desinunt.

Longitudo stellarum, est earum distantia ab initio Arietis. Urbium autem longitudo, est earum distantia à Meridiano, qui transit per Insulas fortunatas.

Latitudo stellarum, est earum à linea Ecliptica, id est, à medio signiferi, distantia.

Urbium autē latitudo, est earū distātia ab æquatore.

Item declinatio stellarum, est earum distantia ab æquatore.

Altitudo autem stellarum, est eleuatio earundem supra Horizontem.

Meridiani dicuntur circuli per zenit alicuius loci, & utrunq; polum transeuntes. Quorum sesquialter, id est, quindecim gradus, uni horæ correspondent. Describuntur autem triginta sex: Singuli decem gradus habentes, quorum magnitudo quanto longius ab Æquinoctiali recedit, tanto magis decrescit, & fit strictior.

At uerò

At uerò singuli gradus longitudinis sub æquatore. Latitudinis autem ubique terrarum stadia quingenta contmet. Quorum magnitudo sic est colligenda:

Quatuor ex granis digitus formabitur unus,
Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus,
Quinq; pedes passum faciunt, passus quoq; centum
Quinq; & uiceni stadium dant, sed miliare
Octo dabunt stadia, & duplatum dat tibi leucam.

Partes mundi inferioris seu corruptibilis sunt, Terra, Aqua, Aër, & Ignis, quæ generali uocabulo simul Elementa dicuntur.

Ex terra & aquis duæ quædam exhalationes feruntur in superiorem regionem Aëris, quarum una sicca, altera humida est. Et ex humida quidem generantur nebulae, rores, pruinae, nubes, imbres, niues, & grandines. E sicca autem uenti, tonitrua, fulgura, fulmina, & similia.

Præter hæc, in aëre quoq; apparent irides, aræ, uirgæ, lampades, cometae, & cætera his similia.

Orbis terrarum ab oriente in occidentem quinque plagis distinguitur. Mediam æstus infestat, frigus ultimas. Inter has utrinque iacentes duæ propter aëris temperiem, cæteris sunt magis habitabiles. Earum alteram nos incolimus, alteram Antichthones. Et si qui homines solum pedibus nostris oppositum tenent, Antipodes uocantur.

Clima, est spaciū terræ inter duos Parallelos, in quo dies per semihoram uariatur à proximo:

Primum

Primum	est	per Meroën.
Secundum		per Syenen.
Tertium		per Alexandriam.
Quartum		per Rhodum.
Quintum		per Romam.
Sextum		per Borysthenem.
Septimum		per Riphzos.
Quibus additur,		Octauum per Thulen.

CARDINES MVNDI
sunt quatuor,

Oriens,	1
Occidens,	2
Meridies,	3
Et Septentrio.	4

Qui etiam à quatuor uentis principalibus denomi-
nationem acceperunt, quorum nomina ac
regiones sequens typus
indicabit,

LIBER PRIMVS. 957
 DE VENTIS IUXTA CAR-
 dines mundi, Græcè, Latine &
 Germanicè.

ΑΡΚΤΟΣ. SEPTENTRIO.

Ορσωνίας.	Αναρπυρίας.	Βορέας.
Circius.	Septentrionarius.	Aquilo.
	Nord.	

Αγρίπας.	Κανίας.
Caurus.	Hellepontius.

OCCIDENS.

Ζήφυρος.
 Fauonius.
 West.



Απυλιώτης.
 Subsolanus.
 Ost.

ANATOLIA. ORIENS.

Αίψ.
 Africus.
 Αντιόλιος.

ΰς.
 Vulturinus.
 Εύγενόλιος.

Νότος.
 Auster.
 Sud.

ΜΕΣΗΜΕΡΙΑ. MERIDIES.

EE

CIRCVLORVM AC SY-
derum quorundam
synonyma.

Zodiacus,	idem Signifer: quia duodecim signa capit.
Aequator,	Aequinoctialis.
Antarcticus,	Austrinus.
Arcticus,	Boreus.
Lacteus,	Galaxias.
Horizon,	Finitor.
Tropici,	Solstitiales.
Cynosura,	Vrsa minor.
Helice,	Vrsa maior.
Septentriones,	Plaustrum.
Arctophylax,	Bootes.
Eri. bithonius,	Auriga.
Hercules,	Engonasin.
Procyon,	Canis minor.
Sirius,	Canicula.
Cygnus,	Auis.
Ophiuchus,	Serpentarius. <i>ἰφίυχος</i> .
Chiron,	Centaurus.
Fera,	Lupus.
Cetus,	Pisatrix.
Ara,	Thuribulum.
Pleiades,	Vergilia.
Hyades,	Sucula.

Lyr.
Delator
Ophiuch
Cete,
Aquila,
Argo,
Nep,
Ergone,
Apoceros
Ganymed
Lucifer,
Vesper,
Hexagon
Tetragon
Trigon
Zona, in

LIBER PRIMVS. 99

Lyra,	Fidicula.	
Deltoton,	Triangulus.	
Ophiuchus,	Serpentarius.	♄♃♂♂.
Chele,	Libra.	
Aquila,	Vultur.	♃♃♂♂.
Argo,	Naui.	
Nepa,	Cancer.	
Erigone,	Astrea uirgo.	
Agoceros,	Capricornus.	
Ganymedes,	Aquarius.	
Lucifer,	♄♃♂♂.	
Vesper,	♃♃♂♂.	
Hexagonus,	Aspectus sextilis.	
Tetragonus,	Quadrus.	
Trigonus,	Trinus.	
Zona, in cœlo:	Plaga, in terris.	

PRIMI LIBRI

FINIS.

EE 2 IOAN